

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XXXV

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

QUADRUPEDUM. 331

animal est in Patiana regione Indiae. Anterior vulpem refert, posterius simiam, pedes humani sunt, aures noctuae. Sub communi ventre, venter alius est marsupii instar. In hoc servatur proles, nec prodit nisi ut laegetur. *Gillius*. Vidisse se mortuam scribit *Petrus Martyr*. Decad. 1. l. 9. inter arbores tantas, ut sedecim hominum manu junctorum, in gyrum vix concludi possent lacertis.

CAPUT XXXV.  
DE SIMIA.

**S**imiarum ingens in quibusdam terris est multitudo. Vidit plenam iis in Lybiae ora sylvam *Tosidonius*, montes in India refertos *Alexander*. Certe insidiantem sibi exercitum, cum erecto illos corpore, casu conspexisset, existimavit. *Alian*. Iubatae sunt in Troglodytica, leonum modo, maximae vervecis proceritate. *Scalig. in Exercit.* In India mediterranea ingentes corpore, & civiles mercatus sine omni offensione adeunt. Inter universa quadrupedum genera, visceribus, musculis, arteriis, nervis, homini Galenus putavit simillimum. At *Vesalius*, in musculis thoracis, brachium, cubitum, & femur moventibus, scapulas & pedum digitos agentibus, interna denique manus, fabrica dissimilimum testatur. Visum est cor maris duo habens acumina. *Albert*. Sine cauda plures vidit *Scaliger*, quantus est puer octo annorum: marem quoque ac foeminam cum prole. Filiolus si quid desiderat, pugno a mare monetur foemina, & addita vultus acerbitate castigatur, malae tractationis rea. Luna cava tristes esse, quibus in eo genere cauda sit. Novam exultatione adorare tradit *Mutianus*; addit visas qui latrunculis luderent. Perversissime homines imitatur. Cum enim nutricem infantem lavare, fasciisque convolutum cunis imponere vidisset, per patulam solitudinem inspecta, ingressa fenestram puellum sublatum nudavit, eundemq. fervida perfusum aqua interfecit. *Alian*.  
Hor.

MIRANDA  
cauda, demoustrat  
doribus, vena, aqua  
mis ad multos pariter  
ermania prope Syria  
tar, & alii apponit  
eto 1551 circa dicitur  
prope pagum Zilan  
cultorum reperiri com  
ere millia. Emelice  
videre iterum. Fides  
is dicitur. Invenit  
ipalorum framentis  
oditille caeterorum  
monuisse voce. In  
rsam, sed dicitur  
ata. Suspendunt  
tarenti non quia  
Hispania dicitur  
ego delectat et  
Tridentino accidit  
im rusticus quidam  
is longam hinc misse  
et. Revocatus ante  
re corporis affligit

XXXIV.  
SIMIVUL  
num est, magis  
ue sectione fecit  
it Vesalius. Gen  
lent compellere  
is caventis, et  
turus aqua pro  
ponit eadem, qu  
nificans, hanc  
tura rerum dicitur

Horret summo opere testudinem. Hujus rei, inquit Erafmus in colloquio, quidam dedit nobis Romæ specimen. Puero suo in verticem imposuit testudinem, & pileo contexit. Dein produxit ad simium. Illico simius gaudens insiliit in humeros pueri venaturus pediculos, sublato pileo animadvertit testudinem. Mirum erat spectaculum quanto cum horrore resiliens bestia, quam expaverit, quam timide respexerit, an sequeretur testudo. Additum est aliud specimen. Alligavimus testudinem catena, à qua revinctus erat simius, ut effugere non posset, quin saltem aspiceret. Incredibile dictu quantopere fuerit discruciatu: tantum non metu exanimabatur: interdum posterioribus pedibus depellere tentavit hærentem bestiam. Tandem quicquid erat in alvo & vesica onerū rejecit. Secuta est ex pavore febris, ut nobis fuerit solvendus à catena, & aqua vino temperata refocillandus.

CAPUT XXXVI.  
DE SU & SUBO.

SVapud Patagonas est bestia monstruosissima. Cattelos in dorsum admissos cauda tegit, venator cum sequitur, sic se protipit. Scrobe igitur effossa, & frondibus obtecta capitur. Capta interficit præ rabie cattulos, & clamore horrendo terret venatores. Thuret in *descript. America*. Subus à *φύλιος* est, geminis armatus cornibus. In mari natantem piscium comitatur gregem, osculantur paguri, oculata multi, & astaci: ac ille contemnens amicitiam, prædam omnes esse jubet. *Gillius*.

CAPUT XXXVII.  
DE SUE.

DE Sue quæ dicuntur, in pauca contrahemus. Notum nobis animal; ac in Arabia non vivit. *Plinius*. in Hispaniolam deductum, mulam æquat: *Martini*.